instituit, jure fuerit consummatum. Nisi [1] forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato [2] ad testatoris hereditatem, vel successionem venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad ejus hereditatem vocantur: eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam ejus voluntatem [3] non quasi testamentum, sed quasi voluntatem ultimam intestati valere sancimus: in qua voluntate quinque [4] testium juratorum depositiones sufficiunt: quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei. §. 4. Illud etiam huic legi prospeximus inferendum, ut etiam [5] Græce [6] omnibus liceat testari. Dat. Id. Septembr. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

Si dictantibus ultimam voluntatem, vel testibus relinquatur.

22. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

Dictantibus [7] testamenta, vel aliam quamlibet ultimam voluntatem, legatum, vel fideicommissum, vel quodcunque aliud, quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere minime dubitandum est. † Testibus etiam ad efficiendam [8] voluntatem [9] adhibitis pro suo libitu, quod voluerit testator relinquere non prohibetur. Dat. Kal. Maji, *Constantinopol.* BASILIO JUNIORE V. C. CONS. 480.

Ut testamenta apud Magistrum census aperiantur.

23. Imp. JUSTIN. A. Archelao P. P.

Consulta divalia, quibus considerate prospectum est, ne voluntates ultimæ deficientium in hac Regia [10] Urbe confectæ, apud alium aperiri [11] possint, quam [apud] Virum Clarissimum pro tempore census [12] Magistrum, monumentis intervenientibus pro juris ordine: neve in hereditate, cujus summa centum aureorum pretium non excedit, mercedis quicquam, aut sumptuum, censum administrantes, aut censuales apparitio super intimandis iisdem elogiis audeant adsequi, firma nunc quoque dicimus: ac repetita promulgatione, non [13] solum Judices quorumlibet tribunalium [14], verum etiam Defensores Ecclesiarum, quos turpissimum intimationis genus irreperat, præmonendos censemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omnium secundum constitutionum præcepta, quam census Magistro competit. Absurdum est namque, si promiscuis [15] actibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alius subtrahat: & præcipue clericis [16], quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium. Pœnæ etiam temeratoribus præfentis sanctionis feriendis quinquaginta [17] librarum auri. Nec enim concedendum est, ut suprema vota deficientium [18] eversionis [19] quicquam ex incongrua [20] insinuatione contrahant, dum res ab incongruis usurpantur audacter. Dat. 13. Kal. Decembr. *Constantinop.* JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 524.

De ambiguitate & præposteratione.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Ambiguitates [21], quæ vel imperitia, vel desidia testamenta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus: & sive institutio heredum post [22] legatorum donationes scripta sit, vel alia præmissa [23] sit observatio, non [24] ex mente testatoris, sed vitio [25] tabellionis [26], vel alterius qui testamentum scribit: nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subvertere, vel minuere. Dat. Kal. Januar. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

Transpositio verborum *non vitiat contractum, nec ultimam voluntatem.* Bald.

25. Idem A. Mennæ P. P.

Præposteri [27] reprehensionem, quam novella constitutio [divi Leonis [28]] in dotalibus [29] instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus [30], quam testamentis [31] tollimus: ut tali exceptione [32] cessante, & stipulatio [33], & alii contractus, & testatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet post [34] conditionem, vel diem competente. S. Dat. 7. Id. Decembr. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De forma testandi sine scriptis.

26. Idem A. Mennæ P. P.

In testamentis sine [35] scriptis faciendis omnem formalem [36] observationem [37] penitus amputamus, ut postquam septem testes convenerint, satis sit voluntatem testatoris, vel testatricis simul omnibus manifestari [38], significantis, *ad quos substantiam* [*suam*] *pervenire velit*, vel *quibus legata* [*dare*], *vel fideicommissa, vel libertates disponere*: etiam [39] si non ante hujusmodi dispositionem prædixerit testator, vel testatrix illa formalia [40] verba, *Ideo eosdem testes convocasse*. 41 *quod sine scriptis suam voluntatem, vel testamentum componere consuit.* S. D. 4. Id. Decembr. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

Quibus modis testamenta infirmantur: non decennii lapsu.

27. Idem A. Juliano P. P.

Sancimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, & post ejus confectionem decennium [42] profluxerit, fiquidem nulla innovatio, vel contraria voluntas [testatoris] apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim non mutatur [43], quare stare prohibetur? quemadmodum enim, qui testamentum fecit, & nihil voluit contrarium, *interstatum* [44] efficitur? Sin autem in medio [45] tempore contraria testatoris voluntas ostenditur: fiquidem perfectissima [46] est fecundi testamenti confectio: ipso [47] jure prius tollitur testamentum: sin autem testator tunmodo dixerit, *non voluisse pritis stare testamentum*, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per testes idoneos, non minus tribus [48], vel inter acta manifestaverit, & decennium fuerit emensum: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennii transcursionem evanescere nullo patiuur modo; prioribus [49] constitutionibus quæ super hujusmodi testamentis evacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONS. 530.

1 Prius testamentum posterior, solenni tamen, revocatur: nisi priore testamento extranei instituti fuerint, *ut hic. & l. 2. ff. de injusto.* posteriore vero heredes venientes ab intestato: & posterius illud testamentum quinque testibus juratis probari possit, *J. h. t.* quæ ut concurrant, posteriore tamen illa testatio non valebit ut testamentum, sed ut voluntas intestati. *J. h. t.* Quid si in posteriore illa testatione liberorum aliquis fit præteritus? non valebit. Clarus 3. *sentent. §. testam. quæst.* 97. 2 *d. l. 2.* 3 Observa casum specialem, in quo causa intestati trahit ad se casum testati. vid. Clar. *d. loc.*

4 Testamentum inperfectum dicitur, quod coram quinque tantum testibus etiam juratis, factum est: fi tamen in eo fuccessori ab intestato scripti heredes fuerint, prius, in quo mere extranei scripti fuerunt, infirmatur h. e. patitur vires, licet alias imperfecto, & ita hic casus est, quo perfectum testamentum imperfecto tollitur. 5 *Synopsis Basil. tibid.* Ratio dubitandi esse potuit, quod ea, quæ juris gentium sunt, quevis lingua posse expediri videantur: quæ vero juris civilis sunt (ut testamenta) nonnisi Latine, & ita olim Græce fideicommitti potuit, legari non potuit. Ulp. 25. §. 9. hodie potest. *l. 14. ff. de manum. testam.* 6 Quovis sermone testari possumus. *l. 15. tibid. vel in quolibet loquendi genere. supr. h. t. l. ult. supr. de testam. tut.* quovis sermone fideicommittimus. *l. 11. ff. de legat. 3.* legamus. *l. 14. ff. de manum. testament.* accepto scripto. *d. l. 14.* dixi ad *l. 9. in fin. ff. de acceptil.* testimonium in testamento ferre possumus. *l. 20. §. 9. ff. qui testam.* vide *l. 8. ff. de fidejussoribus.* 7 Dictantes testamenta quinam sint? Potiis hac vocе intelligere, ut testes, ita jurisperitos, qui testamenta dictant. *l. 88. in fin. ff. de legat. 2. Novell. 158. in pr.* nisi malis intelligere scriptorem dicta excipientem, de quo *l. 27. ff. qui testam.* 8 Id est, communiendam. *l. 32. in fin. ff. de furtis.*

9 Legatarii quoque testamenta signant, velut subscriptores. Olim legatarii testes esse non poterant ex Senat. Liboniano (id enim ut improbissimum genus falsi Plin. notat, 11. *epist. ult.*) hodie possunt *ut hic.* Idem etiam ante Scævolæ placuerat. *l. 3. in fin. C. Theod. de testam.* ratio extat in *l. 14. ff. de rebus dub.* Ecce! *l. 20. ff. qui test. l. 29. ff. de leg. 3. §. 11. Inst. de testam. ordin.* Symmachus 1. *epist.* Cum testamenti jure confecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis objecta est, *quod signatores nescio quid legati ex eadem voluntate cepissent.* Addunter etiam rescripta quædam divalia, quibus adstipulatio ejusmodi remota est, quæ suam juvisse causam testimonio diceretur. Quasi verisimile effet exemplum, ut tenuis honor quo subscriptores ob amicitiam defectus asperiter ir, legitimum posiit abolere judicium. Nam si his legibus vivere mus, *inanissignatorius tutius utere mur*, quorum offensa nihil de testatore humanitatis exigeret. potest & alia reddi ratio, quod qui obsignant testamentum, quæ in eo continentur, despiline ignorent. *l. 22. §. 2. h. t.* nec ea semper necesse fit testibus edi. *l. 29. §. 1. h. t.* Testator tabulas testamenti tenens his verbis utebatur: *Hæc uti his tabulis cerave scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. itaque vos Quirites testimonium prabetote.* Ulpian. 20. §. 9. Hæc ratio magis placet, quam quæ a Tribuniano adfertur, ideo legatarios admitti, quod universi juris successores non sint. §. 11. *Inst. de test. ordin.* vid. Forner. 2. *felect.* 12. Cujac. 9. *observ.* 37. *in fin.* 10 In provinciis vero apud præsides, vel magistratus, vel defensores. 11 Id est, publicari, insinuari. Formulas insinuationis vetustissimas hic adjicere visum est ex Marculphi monachi libris. Cujacio ab Ernaro Ranconeto communicatas. Cujac. 3 *sent.* Paul. 6. §. 1. *Anno illo, sub die illa, astante defensore & omni curia illius civitatis*, Titius procurator dixit, Peto, *optime defensor, vosque laudabiles curiales atque municipes, ut mihi codicilos judices patere jubeatis. Quodam enim in manibus habeo, quæ testamento cuipio allegatione roborari.* Defensor & curiales dixerunt. *Patent tibi codices publici, perfequere quæ optas.* Profecutor dixit. *Gajus vir illustris mihi mandavit, testamentum, ut mos est, gestis municipalibus insinuare.* Defensor dixit, *Mandatum quidem recitatum est, sed testamentum quod pra manibus te habere dicis, etiam præsentibus nobis recitetur, & ut posiulas, gestis publicis firmetur. Post recitationem testamenti*, defensor & curiales dixerunt. *Testamentum quod recitatum est, gestis publicis inseratur. Hoc amplius peto, optime defensor, ut mihi gesta publice edantur.* Defensor & ordo curiæ dixerunt. *Quia testamentum & mandatum vite condita, & honorum virorum subscriptionibus firmata cognovimus, æquum est ut gesta eum a notario fuerint subscripta & ab amanuensi edita, tibi ex more tradantur, eademque in actis publicis conferventur.* Pari modo acta in donationum insinuatione confiebant. Quemadmodum tabulæ testamenti mortuo testatore aperiantur, dictum ad *l. 2. J.*

quemadmodum test. aperiantur. 12 Apud magistratum censibus testamenta insinuare. *l. 18. supr. h. t.* Judices interdum munus id sibi adrogarunt, ut & defensores Ecclesiarum. *l. 41. §. de episc. & cler.* postea quæstori munus id delatum. *Novell. Leon.* 34. Ceterum apud quidem magistratum censibus donationes insinuantur. *l. 30. J. de donationibus.*

13 Eadem verba extant in *d. l. 41.* 14 Protribunalium. Cujac. *ad l. 7. h. t.* 15 *In verbo si pacificar. ff. de pactis.* 16 Promiscuis actibus turbari officia absentium est. Gaii. Nota, Artifex unus non potest uti officio alterius. *l. quicunque. J. de executor. & exactor.* & ita in cancellaria Lusitaniæ judicatum refert Cabed. *decis.* 188. Anf.

16 Clericum fori peritia atque disceptatio dedecet. 17 Pœna quinquaginta librarum abri. 18 Cujac. *consult.* 3. hinc collegit testamenta etiam intimari post mortem testatoris. Negat tamen idem in donatione esse. *facit l. 30. J. de donat.* 19 Incongrua insinuatio testamento non præjudicat. Ideoque testamentum coram competenti judice possea insinuari potest. 20 Incongrua insinuatio fit coram judice incompetenti. 21 Verborum ambiguitas, fi a tabellionis error re præcedit, non nocet.

22 Olim ante heredis institutionem inutiliter legabatur. Ulpian. 24. §. 17. Paul. 3. *sent.* 6. §. 2. Hodie utiliter legatur. §. 34. *Inst. de legatis.* 23 *l. 9. ff. de hered. inst.* 24 Tabellio non potest ea in testamento supplere, quæ testator omisit. 25 Vid. *l. 2. supr. de enunciat.* 26 Tabellionis error testamento *ut hic*, ut & contractui non nocet: ideoque mutari potest. *l. 92. D. de reg. juris.* 27 Præpositeratio verborum, neque contrarius, neque ultimus voluntates vitiat. Caterum de hac præpositeratione in 10, vid. *l. 24. supr. h. t.* 28 Num est *l. 25. supr. de jure dot.* Accurfius putat, & male: nihil enim ad rem pertinet: dotis præpositeratæ mentio fit ex *Leone* 8. 13. *Inst. de inutil. stipul.* 29 De præpositeratione in dotalibus instrumentis, vid. *hic. §. 13. Inst. de inutil. stipul.* 30 De præpositeratione in contractibus. 31 De præpositeratione in testamento. facit *l. 14. D. de pecul. legat.* 32 De exceptione præjerationis, vid. *l. 5. supr. de hered. ab.* 33 Vitium præpositerationis non vitiat stipulationem. *d. §. 13. l. 64. D. de verb. oblig.* 34 Præpositeræ est stipulatio, postea stipulamur nobis dari ante eventum conditionis aut diei. dixi ad *d. l. 64.* Hujusmodi præpositeratio actum non vitiat, ideoque post conditionem & diem ex ea agi potest, *ut hic.*

35 Sine scriptis quemadmodum testemur. adde *l. 21. §. 2. supr. h. t.* 36 Formalis observatio, hic est, quæ in testamentis scriptis exigebatur olim. vid. *h. l. in fin.*

37 Vid. *l. 15. supr. h. t.* 38 *l. 8. supr. qui testam.* 39 *l. 8. supr. h. t.* Necessarius adjungendi. *l. 21. §. 1. supr. h. t.* Id in testamento caret locum non habebet. *l. 8. §. tit. prox.* 40 Formalia verba. sic formale pretium. *l. 63. in fin. D. ad leg. Falc.* Eadem formalia verba, de quibus hic agitur, in testamento scripto erant etiam adjungenda, ut colligit lex 3. *C. De testamen.* 41 Puto legendum *convocasse*, nam apud autorem Synopf. 35. *tit. l. c.* 20. legitur μετεκαλέσατο. 42 35. *Ecl. 2. c. 21.* olim decennio infirmabatur testamentum. *l. 6. C. Theod. de testam.* hodie non infirmatur, nisi testator aperte decraverit fe in eo non perseverare, *ut hic.* Nuda voluntas infirmatur, concurrente decennio. Nuda voluntas non est filentium, sed consensus quoris modo expressus, vel revocatio expressa, minus tamen solennis, quemadmodum legata & fideicommissa revocari possiunt, vid. *l. 3. D. de admend. vel transf. leg.* Goth. Vid. *Vultej. de succeff. creat. §. 17. num. 75.* Gillen. *h. l. num.* 13. Ant. Mercerii. *controv. lib. 3. cap. 17.* de comment. noftra ad editum perpetuum 12. *Jul.* 1611. *art.* 11. 12. & 17 *fq.* § 99. *Inf.* 43 Stat, quod non mutatur. Permittum intelligitur quod non prohibetur. *l. 6. J. de reiv.* 44 Teftamento poftcriore folenni, prius quafi ad caufam intefti pellit. 45 Papon. 20. *Arreft.* 1. *num.* 3. Hoftienfem fecutus & Arreftum quodam Gratianopolitanum, putat, intermedio etiam decennii tempore, teftamentum revocatum manet folenniter, completo decennio omnino revocatum. 46 Hoc eft, non quidem *ipso* §. 7. *Inft. quib. mod. teftam. infirm.* 47 Poftcriore teftamento prius teftamentum jure tollitur. 48 Quæ fit tribus tantum præfentibus teftibus revocatio, minus eft folennis: fi tamen tali revocationi decennium accefferit, habebitur pro folenni, tres alioquin teftes non fufficiunt, nifi tempore etiam decennii antiquatum fuerit teftamentum. 49 Et ita abrogatur *l. 6. C. Th. de Teftam.*

De uno contextu, & de non actu interveniente. 1. De subscriptione.

28. Idem A. Juliano P. P.

Cum antiquitas testamenta fieri voluerit nullo actu [1] interveniente, & hujusmodi verborum compositio non rite interpretata pene in perniciem, & testantium, & testamentorum processerit: sancimus in tempore quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel ultima quædam dispositio secundum pristinam observationem celebratur (nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus) ea quidem, quæ minime necessaria sunt, nullo procedere modo: quippe causa subtilissima propolita, ea quæ superflua [2] sunt, minime debent intercedere. Si quid autem necessarium [3] evenerit: & ipsum corpus laborantis respiciens contigerit; id est, [4] vel victus necessarii, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturæ usus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testibus: non esse ex hac causa testamentum subvertendum, licet morbus comitialis, (quod & factum esse comperimus) uni ex testibus contigerit, sed eo quod urget, & imminet, repleto, vel depositio, iterum solita per testamenti factionem adimpleri. † Et si quidem a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, *cum coram his facere aliquid naturale testator erubescat*: iterum introductis testibus consequentia factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam, vel quosdam testium aliquid tale contingat: si quidem ex brevi [5] temporis intervallo necessitas poteft transire: iterum eorundem testium reversum expectari [6], & solennia peragi [fancimus.] Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat, [&] maxime si salus testatoris periclitantis immineat: tunc illo, vel illis testibus circa quos aliquid tale eveniet, separatis aliis furrogari [7] & ab eo, vel ab eis, tam testatorem, quam alios testes scifcitari, si ea, quæ eorum præsentiam antecedunt, [omnia] coram his processissent. Et si hoc fuerit undique manifestum: jubemus, tunc eos, vel eum una cum aliis testibus ea quæ oportet facere, etsi [8] in medio subscriptiones testium jam fuerant subfecutæ. Sic enim, & naturæ [9] medemur, & mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. §. 1. Cum autem constitutione [10], quæ de testamentis ordinandis processit, cavetur, quatenus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio a testatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, *Octavo subscriptore adhibito*: & quidam testamentum suum omne [11] manu propria conscripsit, & post ejus literas testes adhibiti [suas] subscriptiones suppofuerunt, aliaque omnia solenniter in testamento peracta sunt, & velimt testamentum ex hoc dubitabatur, an irritum factum esset: eandem constitutionem corrigentes [12] sancimus, *si quis sua manu totum* [13] *testamentum, vel codicillum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hæc sua manu confecit: sufficiat ex totius testamenti scriptura*, & non [14] alia subscriptio requiratur [neque [15] ab eo,] neque pro eo ab alio: sed sequantur hujusmodi scripturam, & literæ testium, & omnis quæ expectatur observatio: & sic testamentum validum, & codicillus [16], si quinque [17] testium literæ testatoris scripturæ coadunentur, in sua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator hujusmodi iniquitatis in posterum inveniatur. Dat. 6. Kalend. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Ut heredis nomen a testatore scribatur, vel nuncupetur.

29. Idem A. Joanni P. P.

Jubemus, omnino testatorem, si [18] vires habeat ad scribendum, nomen *heredis*, vel *heredum* in sua subscriptione, vel in quacunque parte testamenti ponere: ut sit manifestum, secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, vel literarum imperitia [19] hoc facere minime potuerit: testibus testamenti præsentibus, nomen, vel nomina heredis, vel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, qui sint scripti heredes: & ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere, neque articulate [20] loqui potest: mortuo [21] similis est, & fallitas in elogiis committitur. Quam, ut exul hat a Repub. noftra, maxime in testamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis, vel heredum [22] non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum: hoc testamentum [ftare] minime patimur [23], vel in totum, si tota heredum nomina fuerint prætermissa: vel in ejus heredis institutionem,

1 Nullus actus alienus testamento intermiscendus. *l. 21. in fin. ff. qui testam.* alio tempore testes adhiberi non possunt, alio subscriptores. §. 3. *Inst. h. t.* 2 Superflua dicuntur quæ minimi aut nullius necessaria. 3 Necessarius actus testamento alienus, ut reparus, testamenti confectamento non ætiat, sic Umbro apud Matrobi. 1. *Saturn.* 16. magnat eum pollit, qui feriis opus vel ad deos pertinens, facrorumve cavita feciflet, vel aliquid ad argumentum vitæ utilitatem respiciens adhibito: unde Scævola confultus quid feris agi liceret, respondit, quod præterm ssum noceret. Quapropter fi hos in fpecum decidiflet, eumque paterfamilias adhibitis operis liberuflet: non eft vifus feriis poffiniffe: nec ille qui traherat telli fraudem fufcitando ab imminenti vindicavit ruina. Qua ratione Virgilius *Georg.* 1. notat liciflle teftis diebus ovem non lanæ purgande, fed feabiei curande gratia, fluvio meriare falubri, ubi falubri dixit, avertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum, purgande lanæ caufa. 4 Neceffitri actus qui. 5 Neceffarius actus qui. 6 Exfpectari poffunt tribes neceffitate aliqua naturali impediti. 7 Teftes alii fubrogantur in locum teftium qui longiore fpatio ob aliam neceffitatem detinentur. 8 Quinque ex feptem teftibus fubfignant, duo neceffitatis caufa abeffe cogantur, alii duo eorum loco fubrogantur: cliic ab integro teftamentum inchoandum? *non* eft: fubrogati intermediis fubfcriptionibus præcedentium figna fua poffunt adhiere. 9 Id eft, neceffitatis impedimentis. 10 *l. 21. verf. quod fi literas. fupr. h. t.* 11 Teftamentum holographum eft quod teftator omne manu propria conferipit, *ut hic, & J. h. t. Hodr. 2. c. 14.* Valentin. *Nov. 2. de teftam.* quod eleganter Græci vocant, μονόγραφον διαθήκην, quia fecretum teftatoris teftibus non counciatur. 35. *Ecleg. 2. περὶ διαθήκης μονογρ.* 4. Harm. 1. περὶ μονογρ. διαθήκης. Leo *Novell.* 69. κατὰ τὸ μονογραφὲς τρόπο & μυστικὰς διαθήκας, & διαθήκην ἐν μονογρ. κελεύομεν. 12 Nimeantur §. 3. *l. 21. §. h. t.* 13 Teftamenti holographi defcriptio. 14 Holographo in teftamento fubfcriptio teftatoris non exigitur. In fcriptura privata teftatoris non requiritur fubfcriptio. *Bald.* adde 35. *Ecleg. 2. cap.* 15. non exigebatur teftes ex Nov. Valentiniani, quæ tamen non obtinuit. 15 In teftamento holographo non requiritur fubfcriptio teftatoris aut alterius ejus loco. 16 Codicillus dicitur in fingulari ut *l. 14. §. h. t.* 17 Codicillus quinque teftibus munitur. 18 Heredis nomen olim manu teftium feribi potuit. §. 4. *Inft. h. t.* manu teftatoris, litteratum tamen periti, feribi hic jubetur, ut *Novell.* 66. *cap.* 1. §. 1. Hodie per quatvis perfonas poteft fubfcribi heredis nomen. *Novell.* 119. *cap.* 9. *Auth. presum. J.* 19 Heredis nomen ab imperito teftatore non fuperari debet. *l. 21. ff. qui teftam.* 20 Articulate loqui quid fit vide in *l. 7. ff. de fa-*

pellect. §. 2. dixi quidam ad *l. 15. J. h. t.* 21 Mortuo fimilis, qui neque feribere, neque articulate loqui poteft. 22 Hæc ita eft mutus & furdus natura, de quo dixi ad *l. 10. J. l.* 23. §. 10. *f. de Senatog. & alt.* 22 Vide *l. 25. ff. qui teftam.* 23 Hoc abrogatum *d. Nov.* 119. *c.* 9. 24 Teftamenti fcriptura in æternum probat. 25 Id eft, *in pr. verf.* Cur enim. 26 Teftamentum non folenne falfum effe, juris & de jure præfumptione colligitur, Malumbrus & Bart. in *l. 5. poft. J. ff. de jure. & facti ignor.* Bald. in *l. quæftio. 3. ff. de hered. inft.* Cyn. & Angel. *hic.* falfum, inquam, fie ut tabellio ob omiffas folennitates falfi puniri poffit, *ut hic.* An idem in quovis alio inftrumento non folenniter facto? non idem. Alex. Rimin. Jaf. *hic.* Imola in *d. J. quæftio.* 9. Ruin. 5. *conf.* 141. Quid? non folenne teftamentum aliis in omnibus cafibus effe falfum vel pro falfo habetur? vide apud Mantic. 2. *de conjectur.* 3. ubi teftes falfum de quo hic, intelligi cum tabellio nomen heredis fcripfit, quod teftator non vove, fed nutu indicavit: quod ut maxime hic fit verum, locum tamen non habere cenfet in teftamento ad pias cauffas & codicillis, quod legata nuru poffint relinqui. *cap. cum tibi.* 13. *x. de teftament. l. unic. 21. ff. de leg. 3. l. & in epiftola.* 12. *J. de fideicomm.* 30 Hoc eft, non cogitur hodie teftator manu fua heredis nomen fcribere. 31 Hæc lex eft 24. decifio ex 50. novis Juftinianeis. vid. Inglos. *de teftam.* 32 Teftamentum a teftatore confulto inciftum, cuive fignacula abfata, non valet, *ut hic. l.* 28. §. 1. *ff. de liberat. leg. l. 1. §. 8. ff. unde liberi.* 33 Aliud eft fi cafu, vel a muribus finum corrofum fit. *l. 1. §. ult. ff. de B. P. fecund. tab.* 34 Quod ex ipfa cancellatione præfumitur. *Bald.* præfumitur etiam facta in continenti cancellatio. Bald. *hic.* 35 Ut eo cafu hereditas ad heredes ab inteftato deferatur: hoc enim velle videtur qui teftamenti tabulas incidit. Baldus *hic.* Quid, ipfone jure an ope exceptionis teftamentum tollitur? ope exceptionis. *l. 11. §. 2. ff. de B. P. fecund. tab. ad. l. 36. §. 3. ff. de teftam. milit.* Quid, fi unicum tantum exemplar teftamenti inciftum? fides alterius non perit: nifi probetur ea mente teftatorem inciidiffe, ut inteftatus moreretur. *d. §. 1. ad l. ff. de hac quæ in teft. delent.* 36 *l. 29. Cod. t.* 37 *l. pen. §. qui admitt. ad bon. poff.* 38 *l. 3. §. 22. ff. de SC Silan.* quemadmodum rubrica feripto de per nuncupationem teftari poffunt. Teftamenta quæ rari fiunt, diligens obfervatio requiritur. 39 *Ruffard. ad Balduin.* 40 15. *Ecleg. 1. 2. cap. ult.* 41 In agris pauci reperiuntur fcribendi periti. *Novell.* 73. *c.* 9. *verf. Hæc autem.* 42 Quos Græci γραμματα ιστορικὰ vocant 35. *Ecleg. 2. c. ult. & J. fcientes litteras* dicunmr.

43 Puto hanc conftitutionem non tantum pertinere ad imperito teftatore non fcripto, fed & ad rufticos, fed ad cives. fi forte de fcripto rurfus teftari voluerint. 44 Confentudo Ruffiæ rum vicem legis obtinet.

scribat. Ubi [1] autem non inveniuntur, litterati, septem [2] testes etiam sine scriptura testimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes: usque ad quinque [3] modis omnibus testes adhiberi jubemus: minus autem nullo modo concedimus [4]. Si vero unus, aut duo, vel plures fuerint litterati, liceat eis pro [5] ignorantibus litteras, præsentibus tamen subscriptionem [6] suam interponere: sic [7] tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem: & maxime quem, vel quos heredes sibi relinquere voluerit: & hoc post mortem testatoris jurati deponant. Quod igitur quisque rusticorum (sicut prædictum est) pro suis rebus disposuerit, hoc omnimodo, legum subtilitate remissa, firmum, validumque consistat. Dat. 3. Non. Jul. *Constantin.* DN. JUSTINIANO A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534. * 8.

TIT. XXIV.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS [9], ET QUÆ PERSONÆ HEREDES INSTITUI NON POSSUNT.

De Deportatis *non instituendis heredibus.*

1. Imp. TITUS ÆLIUS ANTON. A. Antestiano.

QUi deportantur [10], si heredes scribantur, tanquam peregrini [11] capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent. Sine die, & consule.

De Residui *appellatione.*

2. Imp. ANTONINUS A. Cælitio.

PAter tuus, si ex residua parte heres institutus est, quam alter heres scriptus capere [12] non poterat, isque ad nullam partem hereditatis per conditionem suam admitti potuit: ex asse heres extitit: Nam *residui* [13] commemoratio etiam totum admittit. PP. 15. Kalend. Julii, *Romæ*, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De errore testatoris in persona heredis.

3. Imp. ALEXAND. A. Vitali militi.

CUm proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Julianum, *ut* [14] *libertum suum* heredem instituisse, eique substituisse his verbis, *Quod si ex aliqua causa primus heres hereditatem meam adire noluerit* [15], *vel* [16] *non potuerit: tunc in* [17] *locum ejus secundum heredem substituo Vitalem*: post mortem autem testatoris Julianum servum communem [18] fuisse defuncti militis, & Zoili fratris ejus apparuerit: an tu ex substitutione admittaris, voluntatis [19] est quæstio. Nam si credens eum proprium, & suum libertum heredem instituit, nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere voluit, extitit conditio substitutionis: tibique hereditas delata est [20]. Quod si verba substitutionis subscriptæ ad jus retulit, ut si nec per semet ipsum alium fecisset heredem (potuit [21] enim, quamvis jubente domino, nolle adire) ita demum substitutus vocaretur: si tamen paruerit domino, & adierit, substitutioni locus non est. PP. 6. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

4. Imp. GORDIANUS A. Ulpio.

SI pater tuus eum quasi [22] *filium* [*suum*] heredem instituit, quem falsa opinione ductus suum credebat, non instituturus, si alienum [23] nosset, isque postea subditus esse ostensus est: auferendam [24] ei successionem, Divorum Severi, & Antonini placitis continetur. PP. Prid. Non. Octob. PIO, & PONTIANO CONSS. 239.

Si uxor nominetur affinis.

5. Idem A. Cassiano.

NOn ideo minus uxor tua jure heres videtur instituta, quod non uxor, sed *affinis* [25] testamento nominata est. PP. 5. Kal. Octob. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De institutione facta animo compensandi.

6. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antonio.

SI compensandi debiti gratia uxor maritum fecit heredem: defuncto tuo præter portionem hereditatis debitum [26] [quoque] restitui postulantis, non tantum juris severitas [27], verum etiam defunctæ voluntas refragatur. PP. 12. Kal. Mart. PRÆSENTE, & ALBINO CONSS. 247.

De adoptato in locum fratris.

7. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. Zinoni.

NEc [28] apud peregrinos [29] fratrem [30] [sibi] quisquam per adoptionem facere poterat. Cum igitur, quod patrem tuum voluisse facere dicis, irritum sit, portionem hereditatis, quam is, adversus quem supplicas, velut adoptatus [31] frater heres institutus tenet, restitui [sibi [32]] Præses provinciæ curæ habebit. PP. 3. Non. Decemb. DIOCLETIANO II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De collegiis.

8. Iidem AA. Hadriano.

COllegium [33], si [34] nullo speciali [35] privilegio subnixum sit, hereditatem capere non posse [36] dubium non est. PP. 10. Kal. Jun. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De institutione, cum quis morietur.

9. Iidem AA. & CC. Juliæ.

EXtraneum [37] etiam, *cum* [*quis* [38]] *moreretur*, heredem scribi [sibi] placuit. PP. 16. Kal. Novemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

De bis, quibuscum factio testamenti non est.

10. Iidem AA. & CC. Asclepiadæ.

NEque [39] per se heredes instituto, quibus hoc concessum [40] non est, neque per servos proprios hereditatem posse quærere, juris dictat ratio. S. 16. Kalend. Septembr. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De ignoto testatori.

11. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio P. P.

EXtraneum etiam penitus ignotum [41] heredem quis instituere potest. Dat. 11. Kal. Mart. *Constantinop.* FELICE, & TAURO CONSS. 428.

1 Puta in agris, in itineribus. Leo *Novell.* 41. *Novell.* 43. *in fin.* in agris vel itineribus tres testes sufficere ait. 2 In testamento rusticani nuncupativo septem testes requiruntur. 3 Rusticani scripto testari possunt quamvis tantum testibus præsentibus, si plures haberi non poterunt. 4 Idem numeros requirit ut contagionis tempore. *l.* 8. *supr. h. t.* 5 Ex *Novella Leonis* 43. per scribendi ignaros testamenta confirmapossunt. 6 Subscriptionis necessitas remissa est *confutatione Leonis* 32. 7 *Ex. Eclog. 2. cap. ult.* 8 In quibusdam notatur hic deesse Græcam constitutionem. 9 Dixi ad L. 28. *ff.* 5. 10 Deportati institutio habetur pro non scripta. 11 Peregrinus heres institui non potest, *ut hic*, & *l.* 6. §. 2. *ff. h. t.* 10. §. 6. *ff. de in jus voc. l.* 1. §. 2. & 3. *ff. de leg.* 3. Ulp. 17. §. 1. & 22. §. 2. adde quæ scripsi de peregrino ad Ulp. 5. §. 8. Testatorem, testes & heredes cives esse oportet. *l.* 36. *C. To. de haret. l.* 31. 32. *ff. de jur. fisc.* Peregrinus quoque testamentum facere in loco peregrino non potest, quoad bona in eo loco sita, *l.* 1. *in verb. quicunque civis. ff. ad leg. Falc.* per fideicommissum tamen institui poterat. vide Theoph. §. 1. *Inst. de fideic. hered.* Addantur & hæc, Peregrinos habitos fuisse, qui non cives Romani essent. vide *l.* 6. §. 2. *ff. h. t.* qui de dedititiorum numero erant. Ulp. *tit.* 22. §. 2. qui aqua & igni interdicti. Ulp. *tit.* 10. §. 3. in certum locum deportati & ἀπόλιδες. *l. fant quidam.* 17. §. 1. *ff. de pan. l.* 1. §. *hi quib.* 2. *ff. de legat.* 3. Atque his quidem omnibus jus redditum a prætore, qui peregrinus fuisset dicebatur. *l.* 2. §. 2. *ff. de orig. jur.* caeterum peregrini in his quæ sequuntur, differebant a civibus. Inter solos cives capiendi jus ex testamento civium erat: unde peregrinus nihil ex testamento civis Romani capere poterat, *ut hic.* civium duntaxat testamenta rata Romæ habebantur, *arg. l.* 1. *ff. ad l. Falc.* Ulp. 22. inter solos cives juitæ nuptiæ, *pr. Inst. de nupt.* concubitus. Ulp. *tit.* 5. Boet. *in Topic.* Cic. Senec. 1. *de benef.* 15. Jus patriæ potestatis, *pr. Inst. de pat. potest.* Jus patronatus. *l.* 10. §. 6. *ff. de in jus voc.* Jus solennis per nexum abalienatio. Cic. *in Topic.* præscriptio ante Justinianum tamen, & quidem ex veteri illa sententia ad regula, *Adversus hostem* (is erat peregrinus) *æterna auctoritas esto.* Cic. 1. *offic.* foli cives militabant. *l.* 6. *l.* 7. *inf. qui milit. pos.* verberibus cæsi non poterant & in crucem agi. *Act. Apost.* 22. *vers.* 25. Cic. 4. *Ver.* honores Romæ gerebant soli cives. *l. Barbarius.* 3. *ff. de offic. Pret.* hastam ferebant, toga utebantur. dixi ad l. 32. *ff. de jur. fisc.* ac prætexta. 1. *Macrob.* 6. Prænominibus etiam carebant peregrini, quæ tum demum, cum in civitatem adsciscebantur, assumebant. Cic. 13. *epist. ad Attic.* unde gentilitia quoque Romanorum nomina peregrinos usurpare vetuit Claudius, & civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino fecuri percutiit. Suet. Claud. 25. permagni interesse existimans, ad decus & ornamentum civitatis, nominum societate peregrinos Romanis civibus jungi. His adde quæ de peregrino dixi ad Ulp. 5. §. 8. Plaser & hoc addi ex Cicer. 1. *offic.* Peregrini & incolæ officium esse, nihil præter suum negotium agere, nihil de alio inquirere, minimeque in aliena Repub. curiosum esse. & 1. *de orat.* lex peregrinum vetat in murum ascendere. Peregrino Julianum dare vel vendere, ut comedat. Dehort. 14. *vers.* 21. Jubebantur & Judæi eum non contristari vel affligere. *Exod.* 22. 23. hæc concivio affiocre: quinimo jubebantur eum diligere. *Levit.* 19. *vers.* 33. & circumcidere, cupiendo Judæum fieri. *Exod.* 12. In Italia rari fuscepti, nisi jus hospitii prius fuisset. quale nec ab Evandro Hercules fuscepus est nisi eum morte Caci virtutem suam probasset. Serv. *Æneid.* 8. Prætexti uti non poterant. Macrob. 1. *Saturn.* 6. nec togæ, vide Suet. *Claud.* 15. honores tamen eis habiti, si pop. Romanus eorum opera usus fuisset. *Liv.* 22. & 27. Contubes etiam quidam fuit. 7. Plin. 43. ubi de Cornelio Balbo: & in Senatum allecti. Sueton. *Jul.* 80. Pœnæ species etiam fuit in peregrinitatem redigi. Suet. *Claud.* 16. & 25. Hodie peregrini restati & intestati apud nos hereditatem suam ad fiscum heredes, vel agnatos aut cognatos transmittunt. *Auth. omnes peregrini. J. comm. de succeff.* 12. *l.* 78. *in fin. ff. h. t.* 13 *l.* 78. 79. & 80. *ff. h. t. l.* 95. *l.* 160. *ff. de verb. sign.* 14 Ubi quem quis instituit ut hæredem, non alias institutorus fuit, libertus non sit, omnino inutilis institutio est. *l.* 7. *supr. de inft. milit.* vide Cujac. *l.* 8. *observ.* 21. 15 Subllitutionis vulgaris non pupillaris hæc verba sunt. vid. Cujac. 17. *observ.* 21. ad hos enim duos casus p ertigitur subllitutio vulgaris. 16 Subllitutio vulgaris *si hæres non erit*, intelligenda est, *si noluerit, vel non potuerit, ut hic.* vide Cujac. 17. *observ.* 21. men exceptiones duas apud Soc. *reg.* 386. 17 Te ut libertum meum heredem institui, communis eras: num rede institutus es? Si te ut meum certa opinione institui, non recte: si ut communem, recte institui. 18 *l.* 37. §. 2. *ff. de legat.* 3. vid. Cujac. 19 Puta utrum subllitutorus eum fuerit, si servum communem nosset. 20 Liber non est, nec subllitutio valet. *l.* 13. §. 3. *ff. de teftam. milit.* 21 Imo non potuit. *l.* 21. *l.* 37. *l. de jure delib.* 22 Subllitutio facta de aliquo tanquam de filio, cum non sit filius, habetur pro non facta. vid. *l.* 5. *supr. de teftam. mil. l.* 9. *ff. de hered. inftit.* 23 Id est, supposititium. *l.* 46. *ff. de jure fisci.* 24 Non fa opinione testator instituit. 25 Institutio non vitiatur, si uxor appelletur affinis, adde *l.* 4. *l.* 5. *supr. de teftam.* merito: inter virum enim & uxorem constituor quædam affinitas. *l.* 8. *ff. de conditt. causa data.* 26 Aliud erit si quid reliquum fuerit debitori non compensandi debiti animo. *l.* 7. *supr. de rep. l.* 6. *supr. de hereditar. act. l.* 7. *l. de bon. auctor. jud.* vide *l.* 88. *ff. de legat.* 2. *l.* 12. *ff. ad legem Falcid. l.* 20. *ff. de cond. inft.* 27 Legis Papiæ, quæ vetat conjuges inter se ex testamento capere, sit compensandi causa. *Cont.* 28 Ἀδελφοποίητα non admittitur; ne quidem inter exteros. Nam adoptio naturam imitatur: at nemo sibi fratrem gignit. Pone, peregrinum qui mihi natura frater non erat) heredem instituí sub fratris nomine, heredem propterea fore. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 13. *c.* 1. & *ibi Scholiaſt.* Quid si peregrinum, mihi tamen gnatum adoptavi & heredem instituí? Scholiastes *illo loco* notat, valere adoptionem & subllitutionem. Quid si adrogavi quali fratrem & heredem instituí? instituito non valet: ita ut hujusmodi adoptio & institutio nolit per liberos adoptantis revocari. *Syn. & Schol. ibi loc.* licet tamen, fratris nomine adjecto, instituere eum, qui non est frater: eum denique quem fraterna charitate diligo *Graci ibi. l.* 58. §. 1. *ff. de hered. inft.* Caterum ut ad ἀδελφοποίητα revertar, earum rerum numero habetur, quæ fieri nequeant aut non debeant, unde & matrimonium non impedit, adoptio enim naturam imitatur: at nemo ibi fratrem gignit. 4. Harmen. 6. 9. 20. 29 Ἔλεγε γαῖς ἐξ ἑαυτῆς εἶναι παῖδας ἀμφοτέρους apud eos qui extra Romam habitant. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 13. *c.* 15. & 5. Harm. 8. §. 100. 30 Adoptari nemo potest ut frater. vid. *l.* 14. *in fin. inft. de fideicomm.* potest tamen qui ita heres institui, ut nomen familiæ & arma ibi insignia ferat. Papon. 10. *Arreſt.* 1. §. 15. vide *l.* 7. *l.* 63. §. 10. *ff. ad SC. Trebl. l.* 19. §. 6. *ff. de don. Cic.* 7. *ad Attic.* 3. & 8. *famil.* 25. & *lib. offi. uti & M. Satyro.* Suet. *Julio* 83. & *Octavio c.* 101. Ovid. 15. *Metamorph.* Dion. 45. 31 Institutus ut frater a fratre erranie, recte non est institutus. 32 Et ita non applicatur fisco portio ejus quem ut filium fallo institui. *ut hic.* applicatur portio ejus quem ut filium fallo institui. Cur? in filio indignitas est qui suppositius est: in fratre non ett. 33 Collegia illicita hereditas religiosi non potest: illicita, puta Judæorum. *l.* 1. §. *de Judæis.* Christianorum enim collegia licita. *l.* 1. §. *de jure eccl.* his adde quæ notavi ad *l.* 9. *ff. de mort. caufa. l.* 2. *ff. de reb. dub. l.* 3. *ff. de collegiis.* 34 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. de jure eccl. l.* 1. §. *quod cujusvisque universi.* 35 *Sub.* Principis. dixi ad *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujusvisque universi.* Quid licitum collegium? vid. *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 36 Fieri possit alioqui temporis decursu, ut universi pene pagnorum bona collegiis acquirerentur. Nec enim mori dicuntur collegia. *l.* 76. *ff. de jud.* hinc apud Gallos jus Anutizzanis, *admittitsemem*, interdictum, ab quo vide Paponem 1. *Arreſt.* 14. eundem 3. *Notar. c. des admortiſſemens.* Peckium *in tract. de emortizatione bonor.* 37 Extraneus ita potest instituí, *cum moreatur*, ut hic: at non alius, nam hæc institutio præteritionis ob longævitatem non est. *l.* 7. §. 1. *ff. de cond. & dem.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 6. atqui ex eis ad diem non datur hereditas. *l.* 34. *ff. de hered. inft.* Ex die mortis dari non potest, velut, post quinquennium quam mortuus incipe in diem conseri potest, velut: Cum capere poteris. *l.* 62. *ff. h. t.* Cum adoleveris. *l.* 33. *ff. de vulgar.* Cum morieris, *ut hic*, & ita sæpe fit, ut quæ expressa non valent, tacita valeant, *l.* 9. §. 18. *ff. h. t. l.* 77. *l.* 195. *ff. de reg. jur.* vide Cujac. 3. *observ.* 34. 39 Heres esse prohibitus, ne quidem per servum heredi item adquirere potest. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 3. *c.* 18. 40 Per se qui capere non potest, per alium non potest. *l.* 31. *ff. h. t.* §. 4. *inſt. de her. qualit.* 41 Hæc lex deprompsit ex *l.* 11. *C. To. de legit. hered.* ibi extraneus, si sæpe ignotis in donationibus, succeffionibusque tribuitur. *l.* 46. *ff. h. t.* §. *ult. Inſt. h. t.* sic tutor ignotus infitori potest. §. 10. *Inſt. de excuſ. tut. Nov.* 90. *c.* 1. *l.* 29. *J. de donat.* 10. *obſ.* 40. 19 Puta utrum subllitutorus eum fuerit, si servum communem nosset. 20 Liber non est, nec subllitutio valet. *l.* 13. §. 3. *ff. de teftam. milit.* 21 Imo non potuit. *l.* 21. *l.* 37. *l. de jure delib.* 22 Subllitutio facta de aliquo tanquam de filio, cum non sit filius, habetur pro non facta. vid. *l.* 5. *supr. de teftam. mil. l.* 9. *ff. de hered. inſtit.* 23 Id est, supposititium. *l.* 46. *ff. de jure fisci.* 24 Non fa opinione testator instituit. 25 Institutio non vitiatur, si uxor appelletur affinis, adde *l.* 4. *l.* 5. *supr. de teftam.* merito: inter virum enim & uxorem constituor quædam affinitas. *l.* 8. *ff. de conditt. causa data.* 26 Aliud erit si quid reliquum fuerit debitori non compensandi debiti animo. *l.* 7. *supr. de rep. l.* 6. *supr. de hereditar. act. l.* 7. *l. de bon. auctor. jud.* vide *l.* 88. *ff. de legat.* 2. *l.* 12. *ff. ad legem Falcid. l.* 20. *ff. de cond. inſt.* 27 Legis Papiæ, quæ vetat conjuges inter se ex testamento capere, sit compensandi causa. *Cont.* 28 Ἀδελφοποίητα non admittitur; ne quidem inter exteros. Nam adoptio naturam imitatur: at nemo sibi fratrem gignit. Pone, peregrinum qui mihi natura frater non erat) heredem instituí sub fratris nomine, heredem propterea fore. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 13. *c.* 1. & *ibi Scholiaſt.* Quid si peregrinum, mihi tamen gnatum adoptavi & heredem instituí? Scholiastes *illo loco* notat, valere adoptionem & subllitutionem. Quid si adrogavi quali fratrem & heredem instituí? instituito non valet: ita ut hujusmodi adoptio & institutio nolit per liberos adoptantis revocari. *Syn. & Schol. ibi loc.* licet tamen, fratris nomine adjecto, instituere eum, qui non est frater: eum denique quem fraterna charitate diligo *Graci ibi. l.* 58. §. 1. *ff. de hered. inſt.* Caterum ut ad ἀδελφοποίητα revertar, earum rerum numero habetur, quæ fieri nequeant aut non debeant, unde & matrimonium non impedit, adoptio enim naturam imitatur: at nemo ibi fratrem gignit. 4. Harmen. 6. 9. 20. 29 Ἔλεγε γαῖς ἐξ ἑαυτῆς εἶναι παῖδας ἀμφοτέρους apud eos qui extra Romam habitant. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 13. *c.* 15. & 5. Harm. 8. §. 100. 30 Adoptari nemo potest ut frater. vid. *l.* 14. *in fin. inft. de fideicomm.* potest tamen qui ita heres institui, ut nomen familiæ & arma ibi insignia ferat. Papon. 10. *Arreſt.* 1. §. 15. vide *l.* 7. *l.* 63. §. 10. *ff. ad SC. Trebl. l.* 19. §. 6. *ff. de don. Cic.* 7. *ad Attic.* 3. & 8. *famil.* 25. & *lib. offi. uti & M. Satyro.* Suet. *Julio* 83. & *Octavio c.* 101. Ovid. 15. *Metamorph.* Dion. 45. 31 Institutus ut frater a fratre erranie, recte non est institutus. 32 Et ita non applicatur fisco portio ejus quem ut filium fallo institui, *ut hic.* applicatur portio ejus quem ut filium fallo institui. Cur? in filio indignitas est qui suppositius est: in fratre non ett. 33 Collegia illicita hereditas religiosi non potest: illicita, puta Judæorum. *l.* 1. §. *de Judæis.* Christianorum enim collegia licita. *l.* 1. §. *de jure eccl.* his adde quæ notavi ad *l.* 9. *ff. de mort. caufa. l.* 2. *ff. de reb. dub. l.* 3. *ff. de collegiis.* 34 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. *supr. de jure eccl. l.* 1. §. *quod cujusvisque universi.* 35 *Sub.* Principis. dixi ad *l.* 1. §. 1. *ff. quod cujusvisque universi.* Quid licitum collegium? vid. *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 36 Fieri possit alioqui temporis decursu, ut universi pene pagnorum bona collegiis acquirerentur. Nec enim mori dicuntur collegia. *l.* 76. *ff. de jud.* hinc apud Gallos jus Anutizzanis, *admittitsemem*, interdictum, ab quo vide Paponem 1. *Arreſt.* 14. eundem 3. *Notar. c. des admortiſſemens.* Peckium *in tract. de emortizatione bonor.* 37 Extraneus ita potest instituí, *cum moreatur*, ut hic: at non alius, nam hæc institutio præteritionis ob longævitatem non est. *l.* 7. §. 1. *ff. de cond. & dem.* Paul. 3. *ſent.* 6. §. 6. atqui ex eis ad diem non datur hereditas. *l.* 34. *ff. de hered. inſt.* Ex die mortis dari non potest, velut, post quinquennium quam mortuus incipe in diem conseri potest, velut: Cum capere poteris. *l.* 62. *ff. h. t.* Cum adoleveris. *l.* 33. *ff. de vulgar.* Cum morieris, *ut hic*, & ita sæpe fit, ut quæ expressa non valent, tacita valeant, *l.* 9. §. 18. *ff. h. t. l.* 77. *l.* 195. *ff. de reg. jur.* vide Cujac. 3. *observ.* 34. 39 Heres esse prohibitus, ne quidem per servum heredi item adquirere potest. *Synopf. Baſil.* 35. *tit.* 3. *c.* 18. 40 Per se qui capere non potest, per alium non potest. *l.* 31. *ff. h. t.* §. 4. *inſt. de her. qualit.* 41 Hæc lex deprompsit ex *l.* 11. *C. To. de legit. hered.* ibi extraneus, si sæpe ignotis in donationibus, succeffionibusque tribuitur. *l.* 46. *ff. h. t.* §. *ult. Inſt. h. t.* sic tutor ignotus infitori potest. §. 10. *Inſt. de excuſ. tut. Nov.* 90. *c.* 1. *l.* 29. *J. de donat.* Suet. Aug. *c.* 66. Heredi ates fibi relictas ab ignotis non admittebat.

De civitatibus.

12. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

HEreditatis [1], vel legati [2], seu fideicommissi [3], aut donationis titulis domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenire possunt. Dat. 5. Kal. Mart. MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

De institutione ex re certa.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

QUotiens certi quidem ex [4] certa re [5] scripti sunt heredes, vel certis rebus pro sua institutione contenti esse jussi sunt, quos legatariorum [6] loco haberi certum est: alii vero ex certa parte, vel sine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam unciarum institutionem referuntur: eos tantummodo omnibus hereditariis [7] actionibus uti, vel conveniri decernimus, qui ex certa parte, vel sine parte scripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occasione heredum ex certa re scriptorum fieri. Dat. 8. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

De verbis, Sempronius Plotii heres esto.

14. Idem A. Joanni P. P.

CUm in libris Ulpiani, quos ad Masurium Sabinum scripsit, talis species relata sit, hanc apertius expedire nobis visum est. Quidam testamentum faciens ita instituit, *Sempronius Plotii* [8] *heres esto:* Veteres quidem existimabant, errorem nominis esse, & sic institutionem valere, quasi testator *Plotium* nominaretur, & Sempronium [sibi] scripsisset heredem. Sed hujusmodi sententiam crassiorem esse existimamus: neque [9] enim sic homo supinus [10], imo magis stultus invenitur, ut suum nomen ignoret: sed si [11] quidem ipse testator Plotio cuidam heres extitit: manifestum est sibi Sempronium heredem instituisse, ut per mediam ipsius testatoris personam Plotii heres efficiatur. Et hoc argumentamur ex antiqua [12] regula, quæ voluit *heredem* [13] *heredis*, [*testatoris*] *esse heredem.* Sin autem nihil tale factum est, supervacuam & inanem hujusmodi institutionem esse: nisi [14] prius herede Plotio sibi instituto, sic adjecerit, *Sempronius Plotii heres esto:* tunc etenim existimandum est eum dixisse, *si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in totum partenve Plotii ex substitutione vocari;* ita ut ex [15] consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inveniatur. Sin autem, neque ipse testator Plotio heres extitit, neque [16] Plotium heredem antea scripsit, & sic Sempronium Plotio heredem esse voluit: nullius esse momenti talem institutionem, cum non [17] est verisimile, in suum nomen [quemquam] errasse. Dat. 3. Kal. August. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXV.

DE INSTITUTIONIBUS [18] ET SUBSTITUTIONIBUS, ET RESTITUTIONIBUS SUB CONDITIONE FACTIS.

De conditione nuptiarum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Alexandro.

CUm avum maternum ea conditione filiam tuam heredem instituisse proponas, *si* [19] *Anthylli filio nupsisset*, non prius eam heredem existere, quam conditioni paruerit, aut Anthylli filio recusante [20], matrimonium impeditum fuerit, manifestum est. PP. Kal. Octob. ANULINO, & FRONTONE CONSS. 200.

2. Imp. ANTONINUS A. Cassiæ.

CONditioni [21] sub qua testamento matris tuæ [22] heres instituta es, si non paruisti: locum habet subslitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium [23] nuptiarum viduitatem [24] tibi indixisse, cum te *filio* [25] *sororis sitæ consobrino tuo* probabili consilio *matrimonio jungere* volverit. Nec extraordinario auxilio indiges: cum ex his [prædictis,] quas libello complexa es, declaretur, non [26] per eum stetisse, quominus supremæ voluntati matris tuæ testatricis satisfieret. PP. 8. Id. Mart. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De conditione emancipationis.

3. Idem A. Maxentio & aliis.

SI mater vos sub conditione [27] *emancipationis* heredes instituit, & prius quam voluntati defunctæ pareretur, sententiam [deportationis [28]] pater meruit, vel aliter defunctus est: morte ejus, vel alio modo patria potestate liberati, jus adeundæ hereditatis cum sua causa quæsitis. S. Prid. Kal. Maji, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De filiofamilias, institito a patre sub conditione casuali, *vel* potestativa.

4. Imp. ALEXANDER A. Æmiliano.

SI pater filium, quem in potestate habebat, sub conditione, *quæ* [29] *in ipsius potestate non erat*, heredem scripsit; nec in defectum ejus exheredavit, jure testatus non videtur. † Cum autem trans mare & longe te agentem sub hac conditione heredem scriptum esse dicas, *si* [30] *in patriam, quæ in provincia Mauritaniæ erat, regressus fuisses*; nec exheredatum te alleges, si [31] in eum locum non recusses: manifestum est multis casibus non voluntariis [32], sed fortuitis evenire potuisse, ut eam implere non posses: & ideo adire hereditatem non prohiberis. PP. Kal. April. JULIANO II. & GRISPINO CONSS. 225.

De conditione divortii.

5. Impp. VALER. & GALLIEN. Maximo.

REprehendenda tu magis [33] es, quam mater tua: Illa enim si heredem te sibi esse vellet, id, quod est inutile, *matrimonium te dirimere* [34] *cum viro*, non juberet: tu porro voluntatem ejus divortio comprobasti. Oportuerat autem, etsi conditio hujusmodi admitteretur, præferre [35] lucro concordiam [36] maritalem. Enimvero cum boni [37] mores hæc observari vetent: sine ullo damno conjunctionem [38] retinere potuisti. Redi [39] igitur ad maritum scias hereditatem matris, etiamsi redieris, retenturam [40]: quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. 12. Kal. Decemb. VALERIANO IV. & GALLIENO III. AA. CONSS. 258.

De conditione disjunctiva. *De tacita conditione*, si sine liberis decesserit.

Græca constitutio JUSTINIANI.

6. Idem A. ad Senatum.

GEneraliter sancimus, si quis ita verba sua composuerit, ut edicat, *Si filius, vel filia intestatus* [41], *vel intestata, vel sine liberis* [*aut sine testamento* [42],] *vel sine nuptiis decesserit*, & ipse, vel ipsa liberos sustulerit, sive nuptias contraxerit, sive testamentum fecerit, firmiter res possideri, & non esse locum subslitutioni eorum, vel restitutioni. Si enim nihil ex his fuerit subsecutum, tunc valere conditionem, & res secundum verba testamenti restitui, ut incertus successionis morientis exitus videatur certo subslitutionis, vel restitutionis fine concludi. Cui enim ferendus est intellectus, si forsitan testamentum quidem non fecerit, posteritatem autem habuerit: propter hujusmodi verborum angustias liberos ejus omni pene fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obstruentes, ut ne quis alius deviet, hujusmodi facimus sanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam patribus quam liberis gratam: quo exemplo etiam aliis personis, licet extraneæ [43] sint, de quibus hujusmodi aliquid scriptum fuerit, medemur. † Cum autem invenimus excelli ingenii Papinianum in hujusmodi casu, in quo pater filiis suis subslituit, [nulla] liberorum ex his procreandorum [adjectione] habita optimo intellectu dispositisse, evanescere [44] subslitutionem, si is qui subslitutione prægravatus est, pater efficiatur, & liberi sit. 35. *tit.* 12. *c.* 30. 26 Vide *l.* 1. *in fin.* §. *h. t.*

1 Civitati relinqui hereditas potest, olim non poterat. Ulpian. 22. §. 5. 2 *l.* 73. *in fin.* vid. *l.* 122. *in pr. ff. de leg.* 1. Ulp. 24. §. 28. 3 Ulp. *d. loco* 22. §. 5. *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 4 Subslitutus in re certa vicem sustinet legatarii, *ut hic.* nisi coheres ei universitatis, vel ex parte datus hereditatem repudiaverit, vel non ederit: tunc enim idem est per omnia, ac si sub initio universalis heres subslitutus fuisset. *Jason hic.* Quid si coheres datus sub? Quidam volunt heredis locu habere, quod propria auctoritate possit rem apprehendere: legatarius non possit, sed accipiat ab herede. Menoch. *in tract. de arbp. bered. Rotaeda 4. num.* 134. Alii, partim heredis, partim legatarii. Bald. ad *l.* 35. *ff. h. t.* Alii putant, quod ad rem ipsam attinet, haberi pro legatario: ideoque Falcidiam pati, neque ei remedium competere *l. ult. ff. de edict. Div. Hadriani.* Volunt etiam eum non teneri creditribus hereditariis, nisi tellator eum heredibus æquaverit. Filium vero subslitutum in re certa haberi pro herede: ut non possit quarta parte trium rumpere testamentum. vide Graffium *lib. fent. 6. bered. quæſt.* 3. 5 Rerum heres institui potest. *l.* 35. *ff. h. t. l.* 16. §. 2. *ff. ad SC. Trebell.* 6 Legatum, & institutio particularis, ejusdem naturæ. vide Papon. 20. *Arreſt.* 1. §. 7 Vide *l. ult.* §. *de hered. alt.* 8 Et ita extranei. *l.* 76. §. 1. *ff. de legat.* 2. Duobus modis hæc verba intelligi possunt. 9 Stupiditatem magis reprobari, quam nimiam subtilitatem intac colligit Tiraq. *tract. de pœnis cauſa* 12. 10 Supinus ita nullus est, ut nomen suum ignoret, *ut hic. & J. h. t.* unde fatuus præsumitur qui in proprio nomine erat: & ex tali errore fatuitas præsumitur, *ut hic.* Eadem est ratio si quis erret in nomine filii: cum censeatur eadem persona. *l. ult. J. de impub. & aliis ſubſtit.* Alias error in nomine, cognomine & agnomine proprio non vitiat, si constet de corpore. *l. ſi in nomine.* 2. §. *de teſtam.* Superioribus tamen exemplum Georgii Trapezuntii addatur, quem morbi asperitate proprii nominis obtium refert Jovius *in eius vita.* 11 Prima superioris formulæ interpretatio: *Sempronius Plotii heres esto:* Plotii, puta cui succedit testator. Si ita institutio intelligi potest, erit valida, quantumvis improprie verba accipiantur. 12 Antiqua regula. 13 Heres heredis mei, mihi cit heres. *l.* 7. *in fin. ff. de adopt. vel emanc. bered. vid. Cujac. 18. de reg. jur.* 14 Secunda superioris formulæ interpretatio. Plotium heredem instituí: mox adjeci, *Sempronius Plotii heres esto:* eo casu Sempronius Plotio subslitutus intelligitur. 15 Ex consequentia verborum ductor interpretatio. 16 Ubi non est institutio, ibi nulla est subslitutio. 17 Non est verisimile in suum nomen quemquam errare. *l. ult.* verisimilia quæ non sunt, non attenduntur, nec admittuntur. *l. ult. ff. quod metus cauſa.* 18 Id est, de conditionibus institutionis & subslitutionis adjectis. *inf. vid. l.* 28. *ff.* 7. 19 Vid. Cujac. 17. *obſ.* 21. hujusmodi conditio mixta est: *Si Anthylli filio nupserit.* 20 *l.* 1. *inf. de libl. quæ ſub modo.* *l.* 21. *ff. de cond. & demonſt.* Conditio habetur pro impleta, quoties per eum, cujus interest impleri, statur quominus impleatur. *l.* 161. *ff. de reg. jur.* 21 Conditio hæc fuit. *Si Titia ſororis meæ filio nupſerit.* 22 Adde *l.* 5. §. 1. *ff. de bered. inſt.* 23 Honeste conditioni heres ni parueris, subslitutus admittitur. 24 Viduitatem indicere videtur. quæ sub conditione turpium nuptiarum egat aliquid. *l.* 63. §. 1. *ff. de cond. & demonſt.* 25 Nuptiæ inter consobrinos permittuntur, *ut hic. & l.* 19. *ff. de nupt.* Sobrini filius *ex tertio gradu.* Qua a marte scripta est heres sub hac conditione, si consobrino nupserit, omnino conditionem implere debet. 26 Non enim torpes hæc nuptiæ sunt? nisi forte per ipsum steterit, quominus fiat. *Synopf. Baſ.*